

culpa est. In prolis vero prolatione gemitus est. Si itaque enixam mulierem prohibemus^w intrare ecclesiam, ipsam ei penam suam in culpam deputamus^x.

- Ben. Lev. 2, 207 S. 83, 66–84, 6 im Auszug. Der vollständige Text lautet:* Cum
 5 enixa fuerit mulier, post quot dies debeat ecclesiam intrare, testamenti veteris
 praeceptione didicimus, ut pro masculo diebus 33, pro femina autem 66 debeat
 abstinere. Quod tamen, ut ait sanctus Gregorius, sciendum est quia in myste-
 rio accipitur; nam si hora eadem, qua genuerit, actura gratias intret ecclesiam,
 nullo peccati pondere gravatur. Voluptas enim carnis, non dolor in culpa est.
 10 In carnis commixtione voluptas est, in prolis vero prolatione gemitus. Unde et
 ipsi primo matrimonio dicitur: In doloribus paries. Si itaque enixam mulierem
 prohibemus ecclesiam intrare, ipsam ei poenam suam culpam deputamus.

|| 80r 4375 || ITEM^y.

III. DE CLERICIS, QUI COMAM NUTRIUNT.

- 15 Sanctitum^z est^z, ut clerici, qui comam nutriunt, ab archidiacono, etiam^a
 si noluerint, inviti detondantur^b. Vestimenta vero vel calciamenta eis,
 nisi quę religionem deceant, habere^c non liceat.

Ben. Lev. 3, 234 (Schlussteil) S. 117, 1–4.

V. DE SACERDOTIBUS, QUI DEMIGRANT.

- 20 De sacerdotibus, qui suos titulos absque licentia episcopi dimittunt aut
 dimiserunt, statutum est, ut tamdiu a communione habeantur alieni,
 quousque ad suos titulos revertantur.

- Ben. Lev. 3, 245 (Auszug) S. 117, 3–8 mit Änderungen:* Sancitum est, ut illi
 sacerdotes, qui de ecclesiis ad ecclesias migrant vel migraverunt et suos titulos
 25 absque licentia et consensu episcopi dimittunt vel dimiserunt, tamdiu a com-
 munionem habeantur alieni, quamdiu ad eas redierint ecclesias, in quibus primo
 sunt constituti.

ITEM^d.

VI. DE LOCO LAICORUM IN ECCLESIA.

- 30 Laici secus altare intra clericos^e tam ad vigiliis quam ad missas stare
 penitus non praesumant.

Ben. Lev. 3, 279 (erste Hälfte) S. 120, 5–7: Ut laici secus altare, quo sancta
 mysteria celebrantur, inter clericos tam ad vigiliis quam ad missas stare penitus
 non praesumant.

w) proibemus 1568.

x) folgt auf der zu vier Fünfteln freien und letzten Zeile von

fol. 79v: IT IT 4375.

y) fehlt 1568 Bal.

z) Simili modo decretum est

Ben. a) et 1568 Bal.

b) detondeantur Bal.

c) uti aut habere Ben.

d) Fehlt 1568 Bal.

e) cancellos Bal.